iracundiae proceres impetus, quoties tu illi frena imposuisti?
et in praecipitio retinuisti? testis invidia, testis desidia, testis
denique omnis, qui ad tuos clementiae oculos semel suspirans
respexit, testis inquam, quam clementi ~~confusa~~ mansuetudine
Maiestatis tuae magnificentia temperetur, clamant praeterita
praesentia testantur praedicabunt futura saecula, tui amoris effu-
sissimam in genus humanum benignitatem, quam vos hominibus maioribus
argumentis demonstrares in caelis etiam, naufragantium in huius vitae
fluctibus Cynosuram tuis radiis elucescere voluisti ad quam sua
vota effunderent hi, quibus portus desideraretur. Ad vero prius.
quam salutarem navigantium stellam Mariam et divinam vitam hanc
pelagus et opus ê vos vobis ostendam, quare enim stella maris
diceretur an quia in caelis clarissime lucet at caeli maria non
sunt quid ergo stella maris, si hominum vita mare non est; age
vero quam simillima huius vitae et natura, atque pericula ~~huius~~
vastissimi alicuius Oceani inconstantiae vix anima corporis
naviculam ingressa [illegible] ad terram mille errores suspirat et querulo
lacrimarum celeumate portum quaesitura, annorum remigio progreditur
sensim, deinde in profundiori pelagi, securi tamen, aequor

Licenza: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 34r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/it/zbz/D0147/34r)